

BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE OSMA

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

OBISPADO DE OSMA.

El Emmo. y Rvmo. Sr. Cardenal Arzobispo de Toledo, Comisario General de Cruzada, Nos ha remitido para su publicacion el siguiente Decreto, expedido por la Sagrada Congregacion de la Santa Romana y Universal Inquisicion:

Eme. et Rme. Domine mihi Obsme:—In Congregatione habita Feria IV die 4 curr. mensis ad examen vocatis dubiis ab Eminentia Tua propositis litteris datis die 28 Februarii anni elapsi, circa interpretationem novissimi decreti hujus supremæ Congregationis super Bulla Cruciatæ, Emi. Dni. Cardinales una mecum Inquisitores generales decretum ipsum in hunc modum evulgandum mandarunt: «Regulares utriusque sexus, exceptis iis qui voto speciali sunt adstricti, in ieiuniis etiam Quadragesimæ possunt vi Bullæ Cruciatæ edere carnes, ova et lacticinia, necnon ova et lacticinia cum piscibus in eadem comestione miscere. Presbyteri vero regulares extra claustra commorantes (vulgo exclaustrados), præter Bullam Cruciatæ et Sumarium carnis tenentur Summarium quoque lacticiniorum suscipere ut Presbyteri sæculares. At Regularibus intra claustra degentibus, sive Sacerdotes sint sive laici, sive moniales, sufficiunt Bulla Cruciatæ et Summarium carnis, nisi sint ex Ordine Minorum S. Francisci qui nulla bona possident, quibus sufficit Bulla Cruciatæ.»—Precor E. T. summopere curare ut hoc decretum apostolica Summi Pontificis auctoritate firmatum, quo primum poterit publici juris fiat, ejusque jam publicati exemplar ad me transmittatur in Tabulario Supremæ Congregationis asservandum.—Interim impensos altissimæ æstimationis meæ sensus testatos volo Eminentiaæ Tuæ cui manus humilime deosculor.—Eminentiaæ Tuæ.—Romæ die 7 Martii 1891.—Humillimus et addictissimus servus verus.—R. CARD. MONACO.—Dno. Cardinali Archipo. Toletan., Commissario generali Bullæ Cruciatæ.

TRADUCCION.

Emmo. y Rvmo. Sr.

Examinadas en la Congregacion del Miércoles, cuatro del corriente mes, las dudas propuestas por Vuestras Eminencia en carta del 28 de Febrero del año proximo pasado, acerca de la interpretacion del novisimo Decreto de esta suprema Congregacion respecto de la Bula de Cruzada, los Emmos. Sres. Cardenales, Inquisidores generales juntamente conmigo, han mandado que dicho decreto sea publicado en los términos siguientes: «Los Regulares de ambos sexos, excepto los obligados con voto especial, pueden en virtud de la Bula de Cruzada, comer, aun en los ayunos de Cuaresma carne, huevos y lacticinios, y mezclar en una misma comida huevos y lacticinios con pescado. Pero los Presbíteros regulares que viven fuera del claustro (vulgo exclaustrados) están obligados, lo mismo que los Presbíteros seculares, á tomar tambien el Sumario de lacticinios, además de la Bula de Cruzada y el Sumario de carne. Mas á los Regulares que viven en el claustro, ya sean Sacerdotes, legos, ó monjas, les basta la Bula de Cruzada y el Sumario de carne, á no ser que pertenezcan á la Orden de Menores de S. Francisco que no poseen bienes algunos, en cuyo caso les basta la Bula de Cruzada.»—Ruego á Vuestra Eminencia que cuide en gran manera de que se publique cuanto antes este Decreto, confirmado con la autoridad apostólica del Sumo Pontifice, y que despues de publicado me envíe un ejemplar del mismo para conservarle en el archivo de la Suprema Congregacion.—Entre tanto aseguro los profundos sentimientos de mi altísima estimacion á Vuestra Eminencia, cuyas manos humildísimo beso.—De Vuestra Eminencia.—Roma 7 de Marzo de 1891.—Humildísimo y adictísimo siervo.—R. CARDENAL MONACO.—Al señor Cardenal, Arzobispo de Toledo, Comisario General de la Bula de Cruzada.

En el BOLETIN del 14 de Junio de 1889 se insertaron los artículos del nuevo Código civil, referentes al Matrimonio; y en una nota, puesta por Nós al 77, que trata de la asistencia del Juez municipal, ú otro funcionario del Estado, se dice que despues de oido el mútuo consentimiento de los contrayentes, prestado ante las personas que exige estén presentes el Santo Concilio de Trento, nada tiene ya que hacer allí el expresado Juez ó funcionario, puesto que ya está contraido el matrimonio.

Mas á pesar de dicha nota, sabemos que en algunas partes han llegado los Jueces municipales hasta el abuso de convertir las sacristías de los templos en oficinas civiles, escribiendo en ellas las diligencias que se les encargan por el mencionado Código, del cual abuso son cómplices los Párrocos que le han consentido, si bien inocente y erróneamente, como creemos, porque faltos, por otra parte, de expe-

riencia, han juzgado que esos hechos, que lamentamos, no tenían importancia alguna. Prohibimos, pues, estrictamente tal proceder de los Jueces municipales ú otros funcionarios del Estado, á fin de evitar esa especie de servidumbre, que andando el tiempo, tal vez se quisiera apoyar en la costumbre, con menoscabo de los derechos de la Iglesia, y para que nunca se dé margen á disgustos que queremos y debemos prevenir, y de los cuales son causa la soberbia y el orgullo de hombres irreligiosos y petulantes, que tratan de entrometarse en cosas que no les tocan, y que son únicamente de la competencia de la autoridad de la Iglesia. Así pues, los Sres. Párrocos y Económos, celebrado que sea el matrimonio, harán saber con modo á dichos Jueces ó funcionarios, si no lo supiesen, que ya han cumplido su encargo, y que por lo mismo no pueden como tales, asistir á las velaciones, ni escribir nada en la sacristía ni en otra parte del templo, ni hacer, en fin, otra cosa despues de presenciar la celebración del matrimonio; y si cualquier Párroco ó Económo, por defecto de carácter, ó por otro motivo, faltase, lo que no tememos, á estos mandatos, le haremos responsable de su omision, considerándola como punible desobediencia.

Además, para que los fieles no caigan tal vez en error acerca de lo que es necesario para hacer verdadero matrimonio, ni juzguen por consiguiente que para su validez, es precisa la asistencia de tales Jueces ó funcionarios, cosa que hasta estos tiempos jamás han visto, les harán saber, al explicar la doctrina cristiana, ó cuando les parezca oportuno, que esa asistencia es una circunstancia obtenida del Sumo Pontífice á fuerza de gestiones del Gobierno para los efectos civiles del casamiento, circunstancia que en nada afecta á la esencia del Sacramento del Matrimonio, el cual queda celebrado y recibido sólo con prestar los contrayentes su mútuo consentimiento ante las personas que exige el Santo Concilio general de Trento, asistan ó no los Jueces municipales ú otros funcionarios.

Burgo de Osma 29 de Mayo de 1891.

Pedro María, Obispo de Osma,

Por quejas que hemos recibido sabemos que en muchas funciones de iglesia se tocan gaitas, dulzainas y otros instrumentos impropios de los lugares sagrados, y que los gaiteros tocan piezas profanas, distrayendo en todo caso la atencion de los fieles, asistentes al templo, y quitándoles por lo tanto el recogimiento que deben tener en él. En su virtud, pues, prohibimos absolutamente que en las Misas y procesiones se usen tales instrumentos, y más que se toquen tales piezas profanas, las cuales están enteramente vedadas por la Sagrada Liturgia, aun tocadas por orquestas ú órganos.

Burgo de Osma 29 de Mayo 1891.

Pedro María, Obispo de Osma.

SENTENCIA INTERESANTE.

En la ciudad de Gerona, á 20 de Enero de 1891. Vista en juicio oral y público la causa por el supuesto delito de denegacion de auxilio, seguida á instancia del Ministerio Fiscal en el Juzgado instructor de Puigcerdá, contra D. José Cases y Balart, de cuarenta años de edad, hijo de Francisco y de María, natural de Alins, en Sort, vecino de Planolas, sabe leer y escribir, sin antecedente penales y representado por el procurador D. Juan Ribas:

Siendo ponente el Magistrado D. Victor Polledo y Cueto:

1.º Resultando probado que D. José Cases y Balart, procesado y Cura párroco de Planolas, se negó en reiteradas veces á cumplir con las órdenes del Alcalde de Planolas para que compareciera al Ayuntamiento á la formacion del alistamiento del reemplazo del año último, como tambien á suministrar los datos que le pidiera en varias comunicaciones conminatorias, y á exhibir y presentar los libros sacramentales de bautizados, que estaban á su custodia, segun así lo prevenia la Ley de Reemplazos:

2.º Resultando que el Ministerio Fiscal en su escrito de conclusiones provisionales calificó los hechos como constitutivos de un delito de denegacion del auxilio, previsto en el artículo 382, párrafo 1.º del Código penal, y de autor al procesado D. José Cases y Balart, contra el que, por concurrir circunstancia modificativa de atenuacion, pidió se le impusiera la pena de un mes y medio de suspension de cargo público y multa de 125 pesetas, con las costas; mientras que la defensa impetró la absolucion de su patrocinado por no constituir delito los hechos:

3.º Resultando que en el acto del juicio oral, y en virtud de las pruebas practicadas, el Ministerio Fiscal reformó sus conclusiones provisionales, estableciendo como definitivas que los hechos no constituian delito ni falta, y en su consecuencia pidió se absolviese al procesado, á cuya peticion se adhirió la defensa:

4.º Considerando que habiendo el Ministerio Fiscal desistido en el acto del juicio de la acusacion contra el procesado D. José Cases, por no constituir los hechos delito, es visto que, con arreglo á las prescripciones legales vigentes, procede y es de justicia la declaracion de absolucion de mismo con las demás consecuencias.

Vistos los artículos 142, 144, 239. 240, 742 de la Ley de Enjuiciamiento criminal:

FALLAMOS; que debemos de absolver y absolvemos libremente por esta causa á D. José Cases y Balart, procesado, declarando de oficio las costas, y alzándose la retencion del sueldo si se hubiere verificado para las resultas pecuniarias de esta causa. Y por esta sentencia definitivamente juzgando, así lo pronunciamos, mandamos y firmamos.—*Julian Menendez.*—*Octavio Culla.*—*Victor Polledo Cueto.*—

Publicacion.—Leida y publicada ha sido la anterior sentencia estando el Tribunal celebrando audiencia pública hoy 21 de Enero de 1891, de que certifico.—*Juan Bautista Ripoll.*—Es copia.

Dia 5 de Febrero.

CASO.—*A., parochus, nullams eleemosynam, nisi in extrema proximi necessitate, porrigit, licet es suo beneficio sex millia regalium percipiat, quia omnes fructus suos statui, ait, necessarios esse. Immo docet, non tantum parochos, sed nec canonicos in præsentibus temporibus ad eleemosynam, nisi in præfata necessitate, teneri. Insuper, divites, qui dicunt omnibus suis bonis status sui decentiæ indigere, ab eleemosyna, nisi dicta necessitate, absolvit. Quid de doctrina et modo agendi A?*

SOLUCION. Nec doctrina nec agendi ratio parochi A. ullo modo reprobanda vel condemnanda est, præsertim si bona illa status decentiæ revera sunt necessaria. Doctrina enim illa atque agendi modus omnino conformis est doctrinæ à Divo Thoma pluribusque aliis Auctoribus probatis traditæ, præceptum, nempe, eleemosynæ tantum obligare de bonis, vitæ et statui superfluis, necessitate extrema et quasi, seu gravissima excepta, in qua urget quidem obligatio proximo subveniendi etiam ex bonis statui necessariis, vel prout alii dicunt, cum aliquo status detrimento. Et licet auctores non desint, à S. Ligorio adducti, quorum sententiam ipsemet amplectitur, qui obligationem illam extendere volunt ad gravem quoque proximi necessitatem, tamen alii ullam extensionem prorsus rejiciunt.

Dia 19 de Febrero.

CASO.—*Publicatis Regulis ab Ilmis. et Rmis. Episcopis Cesaraugustæ confectis, aliqui Sacerdotes per subscriptionem accipiunt, vel quotidie emunt ephemerides, quæ absque ecclesiastica censura in lucem exeunt; ex quo alii fideles scandalum patiuntur, alii vero, catholica ephemeride relicta, aliam non catholicam ad exemplum Sacerdotum sumunt. Quid ergo? Peccantne, et scandali rei sunt, et damnum illatum ephemeridi catholicæ restituere tenentur, præsertim si ejus damnum præviderunt præfati Sacerdotes?*

SOLUCION. Peccant certe Sacerdotes illi, qui per subscriptionem vel emptionem ephemerides recipiunt absque ecclesiastica censura editas, si de rebus tractent in regulis 6.^a et 7.^a comprehensis; tunc enim aperte desunt atque agunt contra Prælatorum ordinationes in catholico congressu ab eisdem præscriptas. Quare scandali etiam rei sunt erga fideles, eorum respectu præcipue, qui ex hac agendi ratione, seu ex Sacerdotum exemplo, relicta catholica ephemeride, impiis vel non catholicis sese subscribunt, quia ex charitate impedire tenentur ruinam spiritualem fidelium, necnon perversiõnis periculum, quod oriri fortasse posset ex lectionibus anticatholicis. Minime autem restitutionis obligationem subeunt erga catholicam, nam in primis nullius juris stricti violatio reipsa adest; cum illa subscriptio ex parte fidelium sit prorsus voluntaria, nullus contractus intervenit; aliunde vero pravum exemplum et scandalum non sunt causa efficax et positiva damni, sed ad summum causa occasionalis, quæ secum non fert restitutionis onus, prout cum S. Ligorio auctores communiter tradunt.

Dia 5 de Marzo.

CASO.—*B., parochus, paschali tempore cum jurisdictione tenuiter probabili*

pœnitentem absolvit, quia aliter, ne ad confessionem postea accederit, timebat. Alias finitimus parochus dixit B.: spero ut in absentia mea sacramenta, si opus fuerit, fidelibus administres: et B. cum hac delegatione, quia ultima dies ante Adventum erat, et nondum regressus erat parochus, matrimonio in illa parochia adstitit. Validane et licita fuerunt præfata sacramenta?

SOLUCION. Valida fuit absolutio à B. impertita; licet enim jurisdictio tenuiter probabilis per se non sit ratio sufficiens ad absolvendum, in præfato tamen casu jurisdictionem supplet Ecclesia juxta omnes propter errorem communem cum titulo colorato conjunctum. Aliunde etiam licite, cum adesset ratio sufficiens illud conferendi sacramentum, necessitas scilicet præcepti paschalis adimplendi; quæ causa a S. Ligorio et aliis sufficiens assignatur ad absolvendum etiam cum dubia jurisdictione; cui, si addatur timor prudens ne ad confessionem redeat pœnitens, magis ac magis patebit recta agendi ratio parochi B. Validum pariter fuit matrimonium coram B. celebratum, tum quia, ut apparet, delegatus fuit *ad universitatem causarum*, et juxta axioma quidquid non excipitur in concessione comprehensum intelligitur, nec matrimonium à parochi proprio exceptum fuit, tum etiam quia, prout in casu, jurisdictionem supplet Ecclesia; omnes enim auctores cum Gury conveniunt jurisdictionem ab ecclesia suppleri, cum dubia est delegatio sacerdotis assistentis, quod hic contigit. Aliquis forsitan opponet, auctores nonnullos graves quidem asserere ad matrimonium, ejus indole ac natura spectata, requiri certe delegationem seu licentiam specialem ac expressam, adeoque nequaquam sufficere delegationem in genere sacramenta ministrandi, et aliqui etiam in scriptis eandem exigere videntur; verum fere omnes admittunt delegationem sufficientem esse si quis dicat: es in parochia ut alter ego, seu gere in parochia vices meas: et communiter cum S. Alfonso, libro 6.^o número 1088 asserunt sufficere licentiam tacitam, non autem præsumptam, in delegatione generali comprehensam, qualiter in presenti casu accidit.

Lehmkuhl tamen ait delegationem alterius Sacerdotis debere esse *expressam*, delegato *nota* et a delegato acceptata, nisi delegans ejus superior sit, ex responso S. Congregationis 5 Decembris 1626, et 15 Augusti 1628; sed delegationem generalem ad exercenda munia parochialia ad parochum absentem supplendum, sine dubio facultatem assistendi matrimonio includere; num alias delegationem, quam parochus Sacerdotibus, suis adiutoribus, generali modo dat, etiam sic intellegendam esse a consuetudine loci pendere. Scavini ait id multum pendere à circumstantiis, ex quibus colligenda intentio parochi; si enim parochus præsens, vel ad modicum tempus absens, concedat hanc licentiam, eam non censetur extendi ad matrimonia, quæ plura opera requirunt: secus vero si diu abesse debeat, quia sæpe matrimonium non potest absque incommodo differri ad longum tempus. Ceterum multo tutius est, prosequitur Scavini, in omnibus casibus ut parochus mentem suam clare aperiat, vel ut delegatus recurat ad Episcopum pro directione. Ita *Canier Bouvier, Dens*. Sic evitantur dubia et anxietates.

Sciendum nullo modo sufficere rati habitionem de futuro, qua quis putet alterum habiturum, nam matrimonium in hoc casu esset nullum, prout jam ex dictis colligitur.

Dia 20 de Marzo.

CASO.—*In pluribus ecclesiis quavis luce, sive ex stearina dicta. sive ex gasseina, extra missam tamen, promiscue utuntur illarum parochi; et ali-*

qui præterea sunt qui suas ecclesias luce puriore. quæ electrica nuncupatur, in S. functionibus illuminare conantur. An liceant juxta Rubricas, vel saltem oporteat præfata?

SOLUCION. In Missa sub gravi-prohibitum est alias candelas in altari adhibere nisi cereas: ex Rub. de Defectibus, Tit. 10. núm. 1.º, aliisque pluribus decretis. Extra Missam vero in aliis functionibus lyturgicis vel sacris etiam illicitæ sunt aliæ luces, quæ non sint ex cera, maxime autem in S. S. expositione. Die 10 Septembris anni 1701 S. R. C. decrevit nequaquam permitti posse usum olei loco cereorum inter horas canonicas recitandas in Choro; et 31 Martii 1821 generali decreto idipsum expresse prohibuit. Quoad candelas stearinas responsum dedit S. C. R. 16 Sept. 1843. in Massilien: Consulantur Rubricæ: hæc vero de cereis tantum loquuntur, ex quo eruitur minime alias permitti luces: vel ad summum uti possent ad Ecclesiam seu templum illuminandum, non autem altaria. Ex decretis 9 Julii 1864, 20 Martii 1869 et 8 Martii 1879 etiam usus petrolei alteriusve similis est omnino interdictus. Indecens quoque reputatur et á locis sacris alienum lucem electricam appellatam adhibere, quæ ecclesias pares cum theatris faceret, quare nuperrime prohibita fuit in quodam Ecclesia Romæ. Ita Ephemerides Lyturgicæ, His expositis, prona est casus solutio: scilicet, quæ in eo exponuntur nec licere nec oportere.

Dia 2 de Abril.

CASO. = C., ut jejunium vitaret, in ipsa die ad locum, ubi non vigeat lex, et quo hora meridiana perventurus erat, mane profectus est; et cum jejunium sit indivisibile, antequam á sua domo exiret, carnes et pisces comedit, sed bullæ privilegio gaudebat. Alias iter ad venandum egit, sciens tamen festo die sequenti Sacrum audire non posse. Quid ergo? Jure suo optime usus est C., vel in utroque casu peccavit?

SOLUCION. Primum jure suo usus fuit C., ut sese á jejunio liberaret: omnes enim auctores sentiunt licitum esse apponere causas eximentes á legis observatione, et probabilius etiamsi causæ illæ proximæ sint ac directe possitæ, quia cuilibet competit jus exeundi á territorio, ubi lex viget, ac sese substraendi ab ejus dominio, in quo certe eximentes causæ consistunt; etenim lex neminem cogit ad remanendum sub ejus ditione, quamquam ad eam adimplendam quis teneatur, dum legis subditus permanet. Probabiliter tamen potuit mane ante egressum jentaculum sumere eo quod jejunium ut ipsemet ait, unum sit; peccavit utique in promiscuatione, quia hoc est præceptum omnino distinctum et á jejunio separabile, et quidem negativum, quod urget omnibus et singulis momentis, quare violatur statim ac carnes et pisces in eodem prandio manducantur, nec illi favet Bullæ privilegium, vi cujus tantum carnibus vesci potest, non autem iisdem cum piscibus mixtissim in eadem comestione. Quoad secundam casus partem asseri etiam potest C. jure suo pariter usum fuisse; auctores etenim docent *ut probabilis* licere apponere causas remotas et indirecte impediens adimplentionem legis, nam alioquin restringeretur nimis et admodum coarctaretur libertas subditorum, qui certe ligati manerent etiam ante tempus, quo urgeret lex: C. autem ad venationem pergens cum prævisione missæ omittendæ die sequenti, nihil aliud fecit quam indirecte causam remotam penere et impediens ab auditione Missæ, ad quam non nisi postera die tenebatur. Alia insuper adest ratio magni ponderis ad C. in hoc casu á transgressione præ-

cepti excusandum, auctorum nempe disensus seu discrepantia in definiendo quando causa quæpiam proxime, quando vero remote impediens dicenda sit, cum regula vel norma generalis omnino deficiat. Communiter ut remota habenda est, quæ pluribus diebus existit antequam urgebat præceptum: Suarez vero disserens de causis cavendis, quæ impediunt ab auditione Missæ, jejunio et similibus, affirmare videtur, «omissiones illas non esse imputabiles ad culpam, nisi quando proxime et veluti eodem tempore, moraliter loquendo, sequantur..... quare, nisi directe volitæ sint, raro imputari debent ad culpam, quia, prosequitur ipse, præcepta positiva non cum tanto rigore obligant ut propterea teneatur quis cum tanto rigore præcavere ea omnia, quæ posunt impedire eorum executionem.» Gury in Nota. Ex qua doctrina deprehenditur C. excusandum esse a peccato Missæ præteritæ, maxime vero cum minime constet utrum causa ab eo posita proxima vel remota sit dicenda. Attamen prudentum judicium et proborum praxim ut cum aliis advertit attendere oportet. Sanchez de Decalogo libro 1.

Dia 16 de Abril.

CASO.—Duo pœnitentes ad confessionem accederunt, alter sic confitetur: proximum per annum odio habui, et odii objectum erat pater suus: alter vero sic: alienam rem in materia gravi subduxi, et res ad societatem inerat frater suus, pertinebat: et iterum sic confessus est: furatam, rem, eam restituere valens per duos annos retinui. Quid de istorum pœnitentium confessionibus? Integræne fuerunt?

SOLUCION. Primus pœnitens integram confessionem abs dubio minime fecit, cum peccatum omisserit specie distinctum contra virtutem pietatis eo quod odii objectum suus pater erat, et tantum declaravit peccatum contra charitatem, nec non omisit etiam plura alia peccata, quæ, odii anno durante, verisimiliter propter interruptionem committere potuisset adversus patrem. Secundus vero pœnitens in prima casus parte juxta sententiam probabilem, et in praxi sequendam, recte confesus fuit, quia cum unicum sit objectum totale in illo furto, unicum etiam peccatum patravit, auferendo summam ad societatem pertinentem: licet S. Alfonsus aliique contrarium teneant, asserentes tot jura distincta tunc violari etsi unico actu, quot sunt personæ ad societatem pertinentes, totidemque propterea esse peccata. In altera autem parte idem bene confessus est atque integre. dummodo in illa prava non restituendi voluntate perseveraverit, siquidem cum actus non interrumpuntur moraliter, nec peccata multiplicantur, ut docent communiter Theologi.

Dia 30 de Abril.

CASO.—D., parochus, quodam die festo fortiter adversus spiritismum prædicavit, licet nec in sua parochia, nec in illa regione fuerint spiritistæ. Attamen illi concioni forte adstitit quædam extera muliercula, quæ curiositatis causa nomen suum sectæ dederat, in qua pluries mediums, uti dicunt, egerat; et peccati sui dolore correpta, statim a D. confessionem petit. Sponte anuit D., et audita confessione, mulierem absolvi, licet ad hoc nullum privilegium haberet. Quid de modo agenda D?

SOLUCION. Dicendum est parochum D. cum aliqua imprudentia quoad modum et substantiam in prædicatione sese gessisse, nam necessitas nulla

vel opportunitas contra *spiritismum* prædicandi aderat, et nedum fructus, sed occasio potius vel scandalum aliquod saltem ob curiositatem auditorum merito timeri poterat; effectus vero sequutus forte contigit, nec talis eventus vel suspicandi erat locus. Quoad absolutionem illius exteræ mulieris recte se gessit, et optime ejus votis annuens; etenim, si mulier disposita erat, et ex toto corde ad Deum conversa, sectam que penitus adjurabat, nihil ipsum impedivit quominus eandem absolveret, etsi privilegium nullum haberet, quia nulla reservatio censuræ mulierem afficiebat, cum nullibi hæ pænæ inveniantur; quamvis enim pluries mediums egerat nomenque suum sectæ improbæ dederat, nullam censuram incurrit, cum non formaliter, sed materialiter tantum et ignoranter illud fecit, quod colligere licet ex ejusdem peracta conversione et peccati confessione, in qua advertere potuit D. nullam hæresim nec contumaciam adversus sanam Ecclesiæ doctrinam in muliere illa reperiri.

Dia 14 de Mayo.

CASO.—C., Sacerdos, ante Missam frequenter tabaci fumum etiam in publico haurit: aliam præparationem non adhibet nisi contritionis actum: manus non lavat, sacris vestibus se induendo acolytos increpat, fideles in oratione turbando. In Missa autem ad ofertorum de materiæ panis validitate dubitat, quia suboscuro et cum maculis apparebat hostia; et tamen cum ea Sacrum absolvit. Quas igitur rubricas violavit E. Peccavitne graviter in omnibus? Aliqua ex præfatis emmendare debuit?

SOLUCION. Sacerdos C. aperte violavit Rubricam primam *De præparatione sacerdotis celebraturi*, in qua præscribitur, ut, prævia sacramentali confessione, ubi opus sit, sacerdos per aliquod tempus orationi vacet, orationesque legat in Missali pro oportunitate sacerdotis assignatas; nec contritionis actus sufficiens erat, cum illam omissionem minime suppleret. Eandem rubricam violavit, dum manuum lotionem omissit, sub levi tantum, nisi valde indecentes essent: peccavit quoque saltem leviter fumum tabaci publice hauriens, etsi nec jejunium nec rubricam fregerit, propter indecentiam, et etiam scandalum fidelibus incussum; necnon peccatum admisit grave aut leve pro ratione scandali, et irreverentiæ erga locum sacrum, in reprehensione elata voce; nec sic agendo poterat recitare preces a rubrica præscriptas pro induendis vestibus. Insuper rubricam non adimplevit quæ præscribit hostiæ inspectionem in præparatione calicis, atque ita peccavit graviter celebrando cum dubio de validitate materiæ cum sese temere exposuit periculo non conficiendi Sacrificium; et si hoc usque ad oblationem non advertit, defectum supplere debuit, aliam hostiam sumendo, secus inceptam Missam intermittere. Si certitudinem habuit validitatis materiæ, peccavit tamen celebrando cum illa hostia, et graviter quidem, si macula valde enormis erat, et scandalum seu admirationem fidelium causare poterat; aliter vero irreverentiam tantum in Sacerdote fuisse dici potest, quæ vere culpabilis est. Cum autem ex casu appareat E. prædictas rubricas habitualiter infringere, de peccato gravi argui potest propter contemptum.

Dia 29 de Mayo.

CASO.—F., viginti annos nata, perpetuæ castitatis votum emissit. At cum propter gravissimas tentationes in periculo esset violandi votum, à confes-

sario privilegiato commutationem in jejunium sabbati obtinuit, et sic nuptias inivit. Quo scito à marito, ejus votum irritavit; quod egre ferens, ipsa auctoritate propria in Missam quotidie audiendam secreto commutavit. Mortuo postea marito, cum ipsa jam esset sexaginta annorum, et non valens tunc nec jejunare nec Missam audire, valens tamen castitatem servare, confessarium interrogat, an ad hoc obligata sit. Quid ipsa et ad casum dicendum?

SOLUCION. Confessarius F. respondebit illam ad primum votum nequam ligatam manere, quia per commutationem legitime a privilegiato factam voti obligatio sublata fuit; nec ad subsequencia vota ob impossibilitatem physicam tenetur.

Quoad irritationem à marito factam dicendum erit, controverti num omnia uxoris vota à marito irritari queant: omnes vero admittunt maritum posse irritare saltem indirecte vota uxoris, quæ juribus matrimonii obstant tametsi ante matrimonium emissa fuerint. S. Alf. et Divus Thomas tenent etiam directe irritari posse à marito vota, quæ uxor stante matrimonio emissit; quoad alia vero quæ ante matrimonium sunt emissa, nec jura mariti lædunt, dicunt Layman aliique cum ipso mulierem non esse subjectam viro; quod innuere videtur Angelicus dum inquit: *nullum votum religiosi est firmum nisi de consensu prælati, sicut nec votum puelle existentis in domo, nisi sit de consensu patris, nec uxoris, nisi sit de consensu viri, in his in quibus alteri subjiciuntur*; supponit ergo in aliquibus mulierem non esse subjectam viro; cui consonat Sanchez, qui ait, quoad uxores ex ea subjectione solam facultatem suspendendi vota, quatenus nocent illi, deduci.

Controvertitur pariter an quis possit auctoritate propria votum suum commutare in bonum æquale; communiter traditur id licere in bonum æquale vel probabilitater melius, etsi non expediat ob hallucinationis periculum ut ejusmodi commutatio privatim fiat, sed consultius erit confessarii judicium exquirere: hoc autem ad casum nihil confert, cum ex hypotesi commutatio à F. facta impossibilis evasserit.

DONATIVOS PARA SOCORRER LAS NECESIDADES DEL ROMANO PONTIFICE,

Ó SEA

DINERO DE SAN PEDRO.

	<u>Reales.</u>	<u>Cs.</u>
<i>Suma anterior.</i>	73.384	38

D. Aquilino Gonzalez Santo Domingo, 100 reales.—D. Enrique Hernando, 40.—D. Isidro Gonzalo, 20.—D. José Hidalgo, 200.—D. Guillermo Gonzalo, 20.—D. Silvestre Lozano, 20.—D. Remigio Sanz por Julio hasta Marzo inclusive de 1891, 80.—D. Tomás Malmonge, 20.—D. Castor Martin, 36.—D. Manuel Martinez, 36.—El Colegio de la Inmaculada Concepcion de Aranda de Duero, 54.—D.^a María Aguado, 8.—D. Nicolás Sanz, 9.—D. Regino Ortega, 100.—D. Patricio Hervás, 100.—D. Santos Aylagas, 20.—D. Francisco

Hernando, 80.—D. Tomás Palomino, 60.—D. Tomás Sanz, 12.—Un presbitero, 100.—D. Ecequiel Sanz, 12.—D. Servando San Martín, 25.

Suma y sigue. 74.636 38

Limosnas para los Santos Lugares de Jerusalem.

SÉPTIMA REMESA. (1)

El párroco y feligreses de Talveila, 11 reales 40 céntimos.—Id. id. de Boós, 5.—Id. id. de Ontangas, 20.—Colectado en la Santa Iglesia Catedral, 30,40.—D. Regino Ortega, 8.—El párroco y feligreses de Valdenarros, 9,12.—Id. id. de Fresnillo de las Dueñas, 24.—Id. id. de Santo Tomé de Soria, 8.—Id. id. Villanueva de Gormaz, 11,16.—Id. id. de Arauzo de Torre, 29.—Id. de Fuentecantales y Aylagas, 8.—Id. id. de Olmedillo, 21.—Id. id. de Anguix, 16.—Id. id. de Fuencaiente, 11.—Id. id. de Suellacabras, 11.—Los herederos de D. Gregorio García, 12.—Id. id. de Miño, 12.—Id. id. de Ontoria del Pinar, 12.—Id. id. de Ituero, 20.—Id. id. de Morcuera, 20.—Id. id. de Alcuilla del Marqués, 12.—Id. id. de Pinilla de Trasmonte, 10.—Id. idem de Fresno de Caracena, 6.—Id. id. de Quintanas Rubias de Arriba y de Abajo, 24.—Id. id. de la parroquia de San Estéban de Gormaz, 6.—Id. id. de Bocigas, 23.—Id. id. de San Pedro de Gumiel del Mercado, 14.—Id. id. de Santa María de id., 14.—Id. id. de Valdenebro, 8.—Villabuena, 20.—Caravantes, 10.—Olmillos, 14.—Id. id. Cantaluca, 6.—Id. id. Las Casas de Soria, 1'20.—D. Marcelino Olarte, 8.—El párroco y feligreses de Centenera, 8.—Id. id. de Huerta del Rey, 21.—Id. id. de Castillejo de Robledo, 13.—Id. id. de Langa, 8.—Idem id. de Torreblacos, 5.—Id. id. de Arauzo de Miel, 20.—Id. id. de La Hinojosa, 20.—Id. id. de Atauta, 32.—Id. id. de Muriel de la Fuente y Abioncillo, 10.—Id. id. de Campillo, 24.—Id. id. de Hinojar y Hortezuelos, 3.—Id. id. de Aldea de San Esteban, 4.—Id. id. de Ocenilla, 9.—Id. id. de Hinojosa del Campo, 25.—Id. id. de Alcozar, 5'40.—Id. id. de Piquera, 11.—Id. id. del Salvador de Soria, 26'68.—Id. id. de Valdegrulla, 16.—Id. id. de Peñaranda de Duero, 26.—Id. id. de Aranda de Duero, 80.—Id. id. de Fuentecén, 24.—Id. id. de Moradillo, 29.—Id. id. de San Martín de Rubiales, 14.—Id. id. de Rejas de San Esteban, 5.—Id. id. de Castrillo de la Vega, 20.—Id. id. de Los Llamosos e Izana, 10.—Id. id. de las Cuevas de Soria, 10.—Del párroco y feligreses de Guijosa y Muñecas, 9.—Id. id. De El Espino de Soria, 8.—Del párroco y feligreses de Coruña del Conde, 57,20.—Id. id. de Brazacorta y Alcoba de la Torre, 20.—Id. id. de Bliccos y Nompare-

(1) El importe de la sexta remesa fué enviado, según se dijo en el número penúltimo del BOLETIN, al R. P. Comisario Apostólico, el cual ha enviado ya el correspondiente recibo de dicho importe.

des, 14.—Id. id. de Torlengua, 6.—Id. id. de San Juan del Monte, 16.—Id. id. de Quemada, 16.—Id. id. de Zazuar, 12.—Id. id. de Ines, 11.—Id. id. de Matanza y Villalvaro, 8,80.—Id. id. de Povar y Villaraso, 16.

	Reales.	Cts.
<i>Suma y sigue.</i>	1149	»

Limosnas recogidas el dia de la Epifanía para la abolicion de la esclavitud en Africa, en virtud del mandato de Su Santidad, publicado en el Boletín.

SEGUNDA REMESA. (2)

Del párroco de Hinojosa del Campo, 25 reales.—D. Cipriano de las Heras, 8.—El pueblo de Hinojosa del Campo, 12.—Del párroco y feligreses de Rejas de San Estéban, 5.—Id. id. de Castrillo de la Vega, 20.—Id. id. de las Cuevas de Soria, 4.—D. Blas Rubio, 20.—Del párroco y feligreses de Blicos y Nomparedes, 15—Id. id. de Torlengua 10.

	Reales.	Cts.
<i>Suma y sigue:</i>	119	»

(2) Ha venido el correspondiente recibo de la suma de 909 pesetas y 18 céntimos, ó sean 3.636 reales y 74 céntimos, recogidos el día de la Epifanía para la abolicion de la esclavitud en Africa, y enviados al Excmo. Sr. Nuncio de Su Santidad, segun se dijo en el último número del BOLETIN, por primera remesa.

ANUNCIO.

En el dia 26 del corriente y hora de las 11 de la mañana se hará en esta Villa la adjudicacion en pública subasta de las obras de reparacion de la Santa Iglesia Catedral de Osma bajo el tipo de contrata, importante *veintidos mil ochocientas sesenta y tres pesetas y sesenta y tres céntimos.*

Para tomar parte en la subasta será necesario haber consignado previamente la cantidad de *mil ciento cuarenta y tres pesetas, diez y ocho céntimos* en dinero ó en efectos de la Deuda, conforme á lo dispuesto en el Real Decreto de 29 de Agosto de 1876. A cada pliego de proposicion deberá acompañar el documento que acredite haber verificado el depósito, del modo que previene dicha instruccion.

Burgo de Osma 2 de Junio de 1891.